

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Synœceiosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

te merito utriusque parti pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Item Lysias, Quapropter pergam: in multis largitionem, abstinentiam testimonium non credideris; multo enim confidētius hoc genus hominū futuratur. Nam quo magis eger ad sumptū ambitionis, audacius facit rapinā, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditari possit. Item Demosthenis, Cum ei quidam obiecisset, matre Scytha natum, respondit: Non miraris igitur, quod Scytha, matre barbara natus, tam bonus, & clemens euaserit? Item eiusdem. At ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit severum. Namque ex hominib[us] humilitatem ac misericordiam tollere, maximum signum malitia videtur. Ego contrā deos precor: namque eiusmodi ciuem habemus, qui ad supplicium sumendum in omnes partes sit inexorabilis.

Sustentatio in paradoxo.

Syllepsis.

*Iul. Ruf. p.
30.*

Bst, cum duabus diuersisque sententijs, & rebus vnum datur verbum minime utriusque conueniens. Vt, [inclusos vtero Danaos, & pinea furtim. Laxat claustra Sinon.] Laxat enim ad Danaos referri non potest: sicut ad claustra. Et optime Graiugenū, cui me fortuna precari, [ac virtu comptos voluit pretendere ramos.] Non enim sicut cui praetendere ramos, ita & cui precari potest videri ratione conexum. Et, [his quidam signis, atque hæc exempla secuti.] Hæc latine dicuntur correptio.

Symploce.

Aquil. p. II.

Connexum: Hæc figura ex utraque earum, quas supra demonstravimus, composita est: utramque oratinis speciem circundat. Nam & incipit sepius ab una parte orationis, & toties in unam, arque eandem desinit. Ut hæc se habet, quis legem rulit? Rullus. quis tribus sortitus est? Rullus. Quis decem viros creavit? idem Rullus.

P. Rutil. p. II.

Hoc & singulis verbis & plurimum verborum coniunctione fieri potest. Singulis verbis hoc modo.

* al. Cleo-
charia.

* Clearchi, sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simili cum revocant officia, confuerudo, tempus, exfiltratio, periculum, religio: quæ singula pro-

prias ei cogitationes ad remorandum subiiciebant. Item Democharis. Nam quis hæc si *Democharis* mul. vniuersa perpeti possit, timorem, morbum, lene etutem, contumeliam, inopiam, vim? quarum quævis vna res, per se satis est grauis ad preferendum. Sed in coniunctione plurim verborum huiusmodi est. Lycurgi, nemo enim nocens sine summo morore est, Iudices, sed multa simul cum perturbant. quod adeo sollicitudinis plenum, quod futurum est formidosum, lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitijs coacta, occasionem arguendi maleficij captans inimicus: quæ quotidiano vehementer eius animum excutiant.

Synchoresis.

Zyxophons cum aliquid etiam iniquum causis fiducia concedimus. *Quint. libr. 9. cap. 2.*

Syncrisis.

Sive antithesis, comparatio rerum, atque *Iul. Ruff.* personarum inter se contrariarum. Vt, ego *tu*, plector, quod tu peccas: tu relinquis, ego arguer pro malefactis: Helena redeat, virgo perreat innocens: tua reconciliatur vxor, mea negatur, filia mea. Cicero pro Murena, Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas; ille ut mature, quo intendit cum exercitu perenniat, &c. Item in Verrini, iste multo sceleratior, & nequior quam ille Adrianus, aliquando etiam felicior fuit, &c.

Synchysis.

Confusio est hyperbatum obscurum.

Synecdoche.

Notum ex vulgaribus tropis.

Synecdoches.

Zyderichosis commixtio, qua duas res diuerfas colligit, ut, tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet. *Fab. lib. 8. cap. 3. à Scaligero* dicitur Cinnus poet. lib. 3. cap. 46.

Synonymia.

Communio nominis. Utimur autem eo genividetur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare: ideoque in eiusdem significacione plura conferuntur, ut si dicas, prostravit, affixit, perculit.

Sistrophe.

Est conuersio & conuolutio.

Tapinoesis.

Cum rei dignitas verbi humilitate deprimitur, ut gurges, pro mari: *Quint. lib. 8. cap. 3. Rea*